

Maximilian Forschner

## Politische Ordnung und Krise: Über Ciceros *De re publica*

### Einleitung

#### 1. Politische Philosophie in praktischer Absicht

*De re publ.* II, 21: *Tum Laelius: „Nos vero videmus, et te quidem ingressum ratione ad disputandum nova, quae nusquam est in Graecorum libris. Nam princeps ille, quo nemo in scribendo praestantior fuit, aream sibi sumpsit, in qua civitatem extrueret arbitrio suo, praeclaram ille quidem fortasse, sed a vita hominum abhorrentem et a moribus.*

*De re publ.* I, 34: [...] optimum longe statum civitatis esse eum, quem maiores nostri nobis reliquissent.

#### 2. Die bestmögliche Verfassung eines Gemeinwesens

*De re publ.* I, 39: *Est igitur [...] res publica res populi, populus autem non omnis hominum coetus quoquo modo congregatus, sed coetus multitudinis iuris consensu et utilitatis communione sociatus.*

*De re publ.* V, 2: *nostris enim vitiis, non casu aliquo, rem publicam verbo retinemus, re ipsa vero iam pridem amisimus;*

Ähnlich *De re publ.* III, 43-44; dazu *Paradoxa stoicorum* 27-28: *Non igitur erat illa tum civitas, cum leges in ea nihil valebant, cum iudicia iacebant, cum mos patrius occiderat, cum ferro pulsis magistratibus senatus nomen in republica non erat; praedonum ille concursu et te duce latrocinium in foro constitutum et reliquiae coniurationis a Catilinae furiis ad tuum scelus furoremque conversae non civitas erat. Itaque pulsus ego civitate non sum, quae nulla erat.*

#### 3. Die Leitung des Gemeinwesens und ihre Prinzipien

*De re publ.* I, 42: *Deinde aut uni tribuendum est aut delectis quibusdam aut suscipiendum est multitudini atque omnibus.*

*De re publ.* I, 45: *itaque quartum quoddam genus rei publicae maxime probandum esse sentio, quod est ex his, quae prima dixi, moderatum et permixtum tribus.*

#### 4. Über Gerechtigkeit: Scipios Resümee

*De re publ.* III, 45: *Cum per populum agi dicuntur et esse in populi potestate omnia, cum de quocumque volt supplicium sumi multitudo, cum agunt, rapiunt, tenent, dissipant quae volunt [...], est tam tyrannus iste conventus, quam si esset unus.*

Vgl. *De re publ.* III, 43: *Ergo illam rem populi, id est rem publicam, quis diceret tum cum crudelitate unius oppressi essent universi, neque esset unum vinculum iuris nec consensus ac societas coetus, quod est populus?*

## **5. Die passenden gesellschaftlichen Institutionen**

### **6. Der Lenker des Gemeinwesens.**

*De re publ. II, 51: sit huic oppositus alter, bonus et sapiens et peritus utilitatis dignitatisque civilis quasi tutor et procurator rei publicae; sic enim appelletur quicumque erit rector et gubernator civitatis. Quem virum facite ut agnoscatis; est enim qui consilio et opera civitatem tueri potest.*

*De re publ. V, 8, Cicero in einem Brief an Atticus: Ut enim gubernatori cursus secundus, medico salus, imperatori victoria, sic huic moderatori rei publicae beata civium vita proposita est, ut opibus firma, copiis locuples, gloria ampla, virtute honesta sit. Huius enim operis maximi inter homines et optimi illum esse perfectorem volo.*

## **7. Das Somnium Scipionis**

*De re publ. VI, 8: Sed quamquam sapientibus conscientia ipsa factorum egregiorum amplissimum virtutis est praemium, tamen illa divina virtus non statuas plumbo inhaerentes nec triumphos arescentibus laureis, sed stabiliora quaedam et viridiora praemiorum genera desiderat.*

*De re publ. VI, 13: Sed quo sis, Africane, alacrior ad tuendam rem publicam, sic habeto: omnibus, qui patriam conservaverint, adiuverint, auxerint, certum esse in caelo definitum locum, ubi beati aevo sempiterno fruantur; nihil est enim illi principi deo, qui omnem mundum regit, quod quidem in terris fiat, acceptius quam concilia coetusque hominum iure sociati, quae civitates appellantur; harum rectores et conservatores hinc profecti huc revertuntur.*